

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XXIX. De Assassinio.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

## §. CCCLXV.

Falso causis pœnam ordinariam mitigantibus a quibusdam annumerantur (1) reiteratio, usus armorum aut inimicitia cum occiso deficiens e); (2) spes lucri concisa; (3) rei lucratae quantitas exigua, uel plenaria restitutio f); (4) cædes in *privatis ædibus* patrata g), (5) *sexus* imbecillitas.

## §. CCCLXVI.

Delicta latrocinio similia.

Quia *lucri* nomine venire solet quoduis commodum, praxis & quarundam provinciarum leges b) latronem habent (1) qui maritum quendam occidit, quo illius *uxorem* ducere possit i), (2) qui hominem occidit, ut uel *impunitatem* (§. LV, 6.) k), uel rem, cuius ope secure delinquere possit l), uel aliud consequeretur (§. CCCLIX, 3.) m).

## TIT. XXIX.

## DE ASSASSINIO.

## §. CCCLXVII.

Assassinium est

**A**ssassinium est homicidium (§. CCCXXIV.) ex alterius mandato pro mercede

- |                             |                            |
|-----------------------------|----------------------------|
| e) Ill. BOEHMER             | Disp. pag. 599.            |
| Consult. To. II. dec. 1170. | i) BERGER c. l. p.         |
| nr. 11.                     | 114. Strölich c. l. p. 209 |
| f) HARPPRECHT R.            | k) BERGER c. l. p.         |
| 22. nr. 67.                 | 98.                        |
| g) Diff. REVSNER            | l) CARPZOV. q. 22.         |
| lib. II. dec. 16. nr. 20.   | nr. 59. seq.               |
| h) CARPZOV Vol.             | m) N. O. L. O. art. 71.    |

cede peractum. Cædem mandans & mercedem in illius euentum soluturam promittens, *assassinator* audit, *assassinus* uero, qui ex mandato pro mercede cædem f. cit.

\* Quod nomen petunt ab *Assassinis*, Asiæ quondam incolis, qui nihil prius nihil antiquius habentes internecone Christianorum, saepe pro mercede necarunt christianos, quibus amicos se simulabant. Quos ubi imitabantur christiani, papa omnium primus sollicitus fuit de modo quo uindicare debeat homicidium conductitium c. 1. de homic. in 6. GRASS *collat. I. Ciu. sect. XVII. §. 2. p. 831.* GESELL d. de *assassinio* §. 1. seq. THEODORICI *Colleg. Crim. c. VII aph. 4. a*) III. BOEHMER *I. E. P. V, 12. § 26. seq.* De ipso assassini uocabulo uidere potes VOSSIVM *de uiriis ferm. II, 2. p. 178.*

### §. CCCLXVIII.

Quandoquidem assassinium in homicidiis est (§. pr.) magis adposite dices (1) <sup>homicidium</sup> eum, qui uulnera non lethalia ex unius mandato pro mercede alteri inflixit, assassinium tantum *attentasse*; (2) nullam rationem habendam esse *religionis, status* aut *conditionis* occisoris uel etiam occisi (§. CCCXXVI, 2.)\*; (3) & *clam & palam* illud committi posse, uix autem (4) in *partum nondum uitalem, monstrum* &c. (§. eod. 1.).

\* Sunt qui assassinium in *proprium & fictum* seu *interpretatiuum* diuidunt, statuentes illud in christi-



in christianos ab infidelibus committi. LAUTER-  
BACH d. de *assaff.* §. 10.

## §. CCCLXIX.

ex alterius  
mandato

Enimuero quum non omne homici-  
dium, sed illud demum, quod ex alte-  
rius mandato pro mercede peractum est,  
dicatur *assassinium* (§. CCCLXVII.) *n*):  
consequitur, ut *assassinus* non sit, qui  
homicidium peregit (1) sine *mandato*.  
Ratihabitio subsecuta homicidium, hoc  
qualificat minime (§. XXIX.) Num uero  
quis (a) praesens, an per epistolam aut  
nuntium, (b) caedem ipsam an uulneratio-  
nem tantum *o*) (§. CCCXLIII, 6.), man-  
dauerit, perinde est.

## §. CCCLXX.

pro merce-  
de susce-  
ptum.

Sic quoque (2) *assassinus* non erit, qui  
quidem ex alterius mandato, tamen nul-  
la *mercede* interueniente, commisit ho-  
micidium, u. c. qui occidit ut compla-  
ceret mandanti *p*), ut succederet in oc-  
cisi bona, aut litem, quam cum eo habet,  
lucraretur *q*) &c. si uel maxime peracto  
homicidio a mandante uaticum accepe-  
rit

*n*) Diff. FOHMANN 123. nr. 139. BERGER  
de *assassinio* §. 10. E. I. Cr. p. 113.

*o*) POTT de *pena* *p*) MATTHAEI de  
conatus c. VIII. §. 19. crimin. XLVIII. tit. 5.  
FEDELER d. de *Assaff.* c. I. nr. 4.  
c. 3. §. 7. Diff. FARI- *q*) FOHMANN c. d.  
NACIVS pr. crim. qu. §. 16.

rit r). Cæterum nihil interest, (a) merces sit certa per se an per relationem ad aliud, (d) data an promissa tantum, hæcque (c) post cædem percepta an intercepta s), (d) promissa magni an parvi pretii t), (e) in pecunia consistat an re alia æstimabili. Inde Dd. inferunt, eum etiam assassinum esse, qui homicidium commisit, ut in huius euentum sibi promissum matrimonium inire possit u).

§. CCCLXXI.

Assassinorum focii & satellites sunt (1) Assassinorum focii. assassinatores (§. CCCLXVII.), (2) proxenetæ x) & interpretes, quorum ope de homine pro mercede occidendo contractum est, (3) nuntii, qui literas assassinatorias detulerunt, (4) qui pecuniam assassinatoriam ab assassinatore receperunt, ut eam cæde secuta assassino soluerent &c.

§. CCCLXXII.

Quia sine dolo nullum crimen (§. In crimen XXXIV.): non abs re infero (1) conductam cædem illius, quem cædi permittunt leges aut statuta, uix speciem esse crimi-

N 4

r) FARINACIVS c.	c. q. nr. 40. GRASS c.
q. nr. 158.	l. p. 841.
s) CARPZOV pr.	u) Id. c. d. §. 27.
crim. qu. 19. nr. 45.	FOHMANN c. d. §. 21.
t) LAUTERBACH	x) FEDELER c. d.
c. d. §. 28. CARPZOV	c. 2. §. 3. seq.

*+ sic d. q. remissio ad pacem publicam occidere*  
*crimen*  
*hinc iustitiam*  
*non poenae*  
*nisi per actus*



criminis assassinii *y*); (2) in criminosis assassinii fociis non esse (a) qui pecuniam assassinatoriam ignoranter derulit, attamen (b) qui in euentum mandatæ uulnerationis, quæ post fuit lethifera, mercedem soluere dolo malo promisit (§. CCCLXIX, b).

## §. CCCLXXIII.

statuta pœ-  
na

Crimen assassinii sub *mordro* z) intelligi, &, nulla ratione sexus, conditionis aut dignitatis habita a), assassinum rotæ contundi, assassinatorem capite \* plecti, & utriusque cadauer rotæ imponi b), reliquos uero satellites (§. CCCLXXI.) arbitrarie puniri antiquitus uoluerunt germani & adhuc uolunt hodie.

\* Pfälz. VII. O. tit. 18. eandem pœnam assassinatori dicat, quam assassino.

## §. CCCLXXIV.

mox ex-  
asperatur,

Quia crimen assassinii crescit (1) ubi commissum est *sepius*, aut (2) in personam, cui singularis *reuerentia* debetur, aut (3) inter quam & assassinum uel assassinatorem, aliosue satellites magna intercedit *necessitudo*, (4) *coniugiumue* &c. his ca-

*y*) Ord. Camer. de A. 1555. p. II. tit. 9. §. c. d. §. 23.  
So iemand CARPZ. q. 140. nr. 131.  
z) MEINDERS de iudic. centenar. c. VI. §. 28.  
a) LAVTERBACH  
b) C. C. art. 137. ibique interpretes. const. él. Sax. 5. p. IV.

his casibus pœna alias dictari solita (§. pr.) exasperatur. Videlicet reus forcipibus cudentibus uritur, aut trahæ iniectus ad supplicium rapitur *c*). Quandoque illius ædes diruuntur, earumque loco palus figitur *d*).

\* Inde simul patebit, cur ab affassinatore modo minor, modo maior pœna quam a reliquis satellitibus, & modo acerbior & seuerior quam ab ipso affassino debeat sumi.

§. CCCLXXV.

Ab ordinaria pœna immunes sunt (1) *affassinus, affassinator & omnes satellites*, <sup>gatur.</sup> mox mitigatur, ubi deficiunt affassinii qualitates, ut si uel nullum mandatum (§. CCCLXIX.) uel nulla merces interuenerit (§. CCCLXX.), uel cædes plane non secuta (§. CCCLXVIII.) aut permittente lege commissa fuerit <sup>e</sup>), (2) quisque, qui dolo carens deliquit (§. CCCLXXII.); (3) *affassinator*, qui (a) mercedem uel indeterminatam <sup>f</sup>), uel certam quidem, ast in euentum illius cædis, quæ sine mandati interuentu & mercedis promissione certo commissa fuerit, dare promisit, aut (c) *mandatum re-*

N 5 uoca-

- c) a C. C. art. 137. §. FEDELER c. d. c. 2.  
 4. GRASS *collar.* I. §. 6. DAMHOVDER  
*Ciu. sect.* XVII. §. 2. c. 83. n. 9. CARPZ. c.  
 P. 837. q. nr. 52. seq.  
 d) HERTIVS *Resp.* f) FOHMANN c. d.  
 433. §. 17. GVAZZINI *def.*  
 e) POTT c. l. §. 12. IV. c. 13. nr. 8.



uocauit re adhuc integra (§. XXIV.) g), non uero (d) qui *uulnerationem* tantum mandauit (§. CCCLXXII, 3.); (4) *fatelites* reliqui, qui post cædem demum commissam auxilium tulerunt, consiliumue dederunt.

\* Cur attentatum crimen assassinii pro consummato quidam habeant, equidem non uideo. Neque enim lex neque praxis adest illud loquens. Præiudicia, quæ adferri solent, de eo tantum testimonium perhibent, quod iis, qui assassinium dolo malo sunt conati, quandoque capitalis pena irrogata fuerit. Ast non omnis pena capitalis est criminis assassinii ordinaria.

## TIT. XXX.

## DE PARRICIDIO.

## §. CCCLXXVI.

Parricidium est

**P**arentum & liberorum cædes *parricidium* \* audit.

\* Hoc uocabulum, in sensu latiori sumtum, quamuis cædem, contra ius sanguinis pietatemue perpetratam, denotat *L. Wisig. VI, 5, 17.*

## §. CCCLXXVII.

Vnde hæc stuo axiomata:

I. Parricidium in homicidiis est.

II. Non nisi in eos, quos uel parentes uel liberos tibi natura dedit,

---

g) GESELL d. de assass. th. 12.